Quelle: http://manuscripta.at/?ID=763
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Superbia vero deo et hominibus odibilis.
De hac scriptum est. Initium omnis peccati superbia. Prima est enim in peccando. vlcima manet in conflictu. Nam cum servus dei cercam viam superavit et iam ad mentem altam conscendit. adhuc habet pugnam contra superbiam quam nisi expugnaverit. frustra meretur laborabit. Cum ergo fons bona aqua intus cor ab elacione custodire debemus. quia nulla ei superbia deo placet opacio. Unde scriptura nos admonet dicens. Omni custodia serva cor tuum. quia exipso vita procedit. et quod prodest dispergendo pauperibus et pauperem fiei. cum anima mea superbior efficitur divitias contemptendo. quam fieri possidendo. Nam cum prodest mea tenuque. nisi tenuquamus et nos. Non enim dicit deus. Beati pauperes rebus. sed beati pauperes spiritu. quoniam ipsorum est regnum celorum. De conceptu tenui quisque debet esse humilior. non superior. et melius esse. vt eas in seculo tenuet. quam sic dominetur. vt inde in mo nasterio superbiat. Sicut ergo illa aia que sua propter deum pauperibus diuidit. vel humiliatur. felix est. beata illa est. que inde excollitur. Infelix igitur est. qui preter vtilitatem tenet ad usum. et inde punit. inde debuit. inde coronetur. inde mercet. Omnis quippe superbus tanto sublimior est quanto se ad altum erigit. tanto quoque profundius labitur. quanto excelsius elevatur.

Relevatus quibuslibet viciis ad vnitatem redit. quam primo commendauit dicens. Omnes ergo vnanimes estote concordes vnite. et honorate deum in vobis in vicem. omnis templum dei estis. vnanimiter viuite. si vnum in deo animum habeatis. quia ad vnum principium eius. qui est cor vnum. et anima vna. Qui est vnanimiter ptinet ad voluntatem. qui est concorditer ptinet ad bonos mores. Hic rectus ordo viuendi. vt primum sit voluntas vna. deinde concors vita. Frater qui vult concorditer viuere. prius debet pravos mores relinquere. ne sit prius in moribus vitiis diuisus. sic auctoritate sua alios ptinat. Deinde ita debet vbera re actus suos. sermones suos. et totam vitam suam. vt concordare possit secum. deinde illis cum quibus viuit. Quia ergo sunt nonnulli qui postquam religiosi sunt. secundum proprias sequi voluntates volunt. et diuisus sunt plerique. qui in suis actibus singulares appetunt apparere. inde dictum est. Omnes vnanimes estote concordes vnite. Deinde autem in vicem honorantes inuicem. si nos in vicem propter deum diligimus. si precepta eius collaudamus et effectuamus. sicut templum eius. quia habitacionem spiritus sancti in nobis. Nostrum est honorare deum. plenam vitam. deinde nos in habitare. et illustrare per gratiam.